



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

113. An dispensatione impedimentorum matrimonij sit explicanda copula
jam habita? Et quid, si Pontifex dispensaverit cum conditione, dummodo
copula non intervenerit? Et an in tali casu non teneantur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

De Dispensationibus. Resol. CXI. &c. 243

intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quod dispensans intentio fertur in merita causa, que proponuntur, cuiuscumque tandem persona illa sufficiens nec in Diocesis error tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quod Pontificis intentio fertur ad Diocesanum proprium eius cui dispensandum est, quicunque tandem ille sit, qui Pontificis dispensationem cum ipso, cui dispensandum est, executor sit. Confirmatur: nam supponitur, quod si expressum fuisset nomen propriae Diocesis ad hanc gratia dispensationem concessa fuisset per proprium Diocesanum exequenda: sed quando excepto falso est talis, qua sublata, adhuc maneret voluntas dispensantis, non viatit dispensationem, ut ex dictis constat, ergo.

3. Ad cit. cap. de Scriptis, Ref. ibi irritu declarari relictum, non quia erratum fuit in nomine diocesis, sed quia ex alii circumstantiis non potuit fieri persona, pro qua rescriptum imperatrum fuit. Ad rationem, regandum, errorem in Diocesi voluntaria redire dispensationem Pontificis: nam licet illa non fuit voluntaria formaliter & expresse, est tamen voluntaria virtualiter & implicitè, cum per eam intendat facultatem dispensandi delegare proprio Diocesano ipsius cui dispensandum est.

Recognoscere me ipsum in part. 1. tr. de legib. ref. 36.

RESOL. CXI.

An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subrepunia non facta mentione de copula habita in iure?

Ei as in tali caso non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogacionem ordinarij de copula respondere, sed posint sine peccato negare, imo, & quamvis in rescripto dicatur, si copula non fuerit? Ex part. 1. tr. 10. Ref. 44.

Sed Hec casus frequenter soler accidere: & talem dispensationem esse subceptitiam docuit nonnulli Layman. in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 22. n. 18. & Ressellus lib. 3. q. 5. sect. 4. n. 24. Riccius part. 4. decisi. 308. Garlas de benef. tom. 2. part. 8. c. 3. n. 32. Sancta- bellus part. 1. var. ref. q. 52. & ante illum Sanch. de matrimonio, lib. 8. disp. 2. n. 8. & alijs penes ippos. Et ratio ponitiva est: quia id exigit stylus Curiae.

2. Non recipiebo tamen, contraria sententiam esse probabilem, & turpi in praxi: & præter Nauarri, Vega, Ovandu, Salzedo, Bernardus Diaz, Henriquez Colta, Gutierrez, Cevallos, & Rodriguez, docet etiam hanc sententiam absolutè ante, & post contrafutum. Basilius Pontius de mar. lib. 8. c. 17. §. 6. n. 3. & post contractum matrimonii Villalobos in sanc. 1. tr. 14. diff. 7. n. 7. quia copula illa carnalis, si fuisset expresa, faciliter reddidi sit Pontifici ad dispensandum. Ergo, &c. Et idem in tali caso non tenetur, qui dispensationem petunt, ad interrogacionem Ordinarij de copula respondere: sed possint sine peccato negare, reticendo in mente: Ut tibi dicam. Imo, & quamvis in rescripto dicatur: Si copula non fuerit si ea dispensatio sit obtenta pro foro externo, adhuc valet, quamvis negetur: dummodo ea copula non probetur in externo foro: quia illa clausula intelligenda est iusta natura eius dispensationis. Et ita hanc sententiam probabilem etiam voca Sanchez ubi supra n. 12. Ad argumentum contrarie sententiae ita responderet Villa- lobos: (Al estilo de la Curia digo que no es derecho, ni hace irrisa la dispensacion en el fuero interior, el collar de la calidad, que conforme a el se debia explicar.) Et

Notemur haec omnia: quia plausim erunt obvia.

Tom. III.

ante finem
Res. Ref.
Supra in R.
1. s. Itaque
& in aliis
clus not.

RESOL. CXII.

An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subrepunia non facta mentione de copula? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 135.

§. 1. Pro affirmativa sententia multos Doctores adduxerunt in 1. part. tract. de legibus, ref. 44. quibus nunc addo Petrum Ochagaviam de Sacram. tr. 4. dub. 1. 4. concl. 2. & ex Societ. Iesu Galpar Hurtado de matrim. disp. 26. difficult. 5. n. 22. & Io. Præpositus in 3. part. D. Thom. q. 8. de dispensationibus matrimon. dub. 6. num. 61. & hanc opinionem probabilem esse docet etiam ex eadem Societate Adamus Tannerus tom. 4. disput. 8. q. 4. dub. 9. num. 168. qui incepsus neque est impedimentum, quod ratione sui egeat dispensatione, neque iure præcipitur exprimi, quia non præcipitur iure scripto, vt patet, neque iure introducto, consuetudine, seu stylo Curiae, cum non semper exprimatur ex consilio aliorum exprimatur, & quando exprimitur, non est causa motuua ad negandam dispensationem consanguinitatis, aut affinitatis; & quamvis sit causa ad concedendam dispensationem cum aliquibus additamentis, non tamen pertinet ad causam motuam, quia illa non adduntur pro dispensatione consanguinitatis, aut affinitatis, sed in pœnam copula expetita. Congregatio vero Cardinalium, quæ in contrarium adducitur, sequitur ei partem probabilem & tutiorem, sed fortan non probabiliorem, quod si taciturnitas copulae habite ante commissionem Papæ non dirimit dispensationem consanguinitatis, vel affinitatis, multo minus dirimet, sed irritabit taciturnitas copulae habite ante commissionem Papæ ante expeditionem dispensationis ab Ordinario. Hac omnia Hurtado loco citato, & Præpositus ubi supra, etiam docet stylum Curiae & declarationem Cardinalium procedere in foro exteriori.

3. Verum his non obstantibus ego puto in hac quæstione non esse recendum à sententia affirmativa in vitroque foro: propter stylum Curiae, qui in hoc facit ius, non obstante ea quæ dixi in p. 1. tract. 4. de legibus, sect. 44.

RESOL. CXIII.

An in dispensatione impedimentorum matrimonij, sit explicanda copula iam habita.

Et quid, si Pontificis dispensaverit cum conditione, dummodo copula non interuenire.

Et an in tali caso non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogacionem ordinarij de copula respondere, sed posint sine peccato negare copulam, dummodo sit occulta, & secus si fuerit publica.

Et explanatur, quod incepsus cum consanguinea non est impedimentum proneniens ex iure natura, neque ex iure Diuino positivo, nec denique ex iure humana inducitum. Ex part. 8. tr. 3. Ref. 81.

§. 1. Affirmatiu respondent aliqui, & idem assi- Sup. hoc in-
tronunt, quod dispensatio obtenta à Pontifice duabus pra-
X 2 postquam

cedentibus postquam praeceps copula inter consanguineos, vel affines, proflus nulla est, si eis copula nulla mentione sit in petitione dispensationis, hanc conclusio nem tenuit Gutierrez quest. Canon. lib.2. c.15. §.1. & in Ref. 119. Sed haec, & in Ref. 165 cursim & recitante in eius§.1.

2. Probatur Primo, quia, ut supra vidimus, id, quod stylus Curiae Romanae, & consuetudo Pontificis obseruant in dispensationibus, necessarij obseruantur est, alia dispensatio erit subreptitia; sed stylus Curiae Romanae requirit mentionem praedictæ copula, cum impetratur dispensatio, ut saltem timore manifestanda copula homines arceantur a copula incestuosa. In modo consuetudo Pontificis hoc etiam obtinuit, quia manifestato incestu non sole Pontificis dispensare absoluto in gradibus affinitatis, & consanguinitatis, sed cum quibusdam conditionibus, & limitationibus, ut exigendo maiorem quantitatrem pecuniae, imponendo aliquam pœnitentiam, & aliquod grauamen, ut scilicet superstes eo matrimonio soluto ad aliud matrimonium migrare non possint, ceterum ergo est, efficere mentionem copulae præcedentis, ut dispensatio robur obtineat.

3. Secundò probatur ex declaratione Cardinalium relata à Marcelli loco cit. qua hoc eleganter explicat his verbis: Congregatio Cardinalium Concilij censuit, dispensationem censeri subreptitionem, si inter consanguineos, vel affines, vel spirituali cognitione coniunctos carnalis copula præcesserit, cuius mentionem in supplicatione non fecissent.

4. Probatur etiam haec opinio, eo quod incestus cum propria consanguinea est impedimentum; ergo est exprimendum, quam opinionem tenet gloss. final. in cap. de incestis 35. quest. 3. gloss. final. in cap. si quis viduam 32. quest. 7. Holtensis & Abbas in cap. 1. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris. Angelus in summa, ver. incestus. §. ultimo. Anton. Cuchu lib. 5. maior. instit. tit. 12. n. 27. & 28. text. in cap. quia circa, de consanguinitate. & affinitate. vbi decernitur facienda illi mentionem Summo Pontifici de omni eo, quod illum reddat difficultatem ad dispensandum, sequitur Iacob in l. 1. num. 24. C. si contra ius, vel viii. public. extraditis in cap. dudum, de elect. & cap. super litteris. & cap. postulatis, de rescriptis. Curt. lun. conf. 27. in fine, conf. 32. in fine, conf. 33. presupponitur in facto, num. 9. Crauer. conf. 296. col. 4. & respons. pro republica Sauih. num. 124. Decius conf. 541. num. 20. Gozadini. conf. 6. num. 6. vbi dicitur, quod subreptio inducitur, quando vel ratione iuris terrij, vel ob ius commune, non sit mentione aliquius, quod potest inducere Principem ad non concedendum.

5. Sed hoc non obstante, non defunt Doctores negatiuam sententiam tenentes. Et ita, me citato, hanc sententiam tenent nouissime Auctori de sacra Matrimonio, quest. 19. sct. 6. vbi alios plures adducit, quibus ego addo Ochagaviam tract. 4. de sacramentis Matrimonio. disp. quest. 11. numer. 4. Perez in matrimonio. disput. 46. sct. 6. per totam. Prapositum in 3. parte. quest. 8. de dispensatione matrimonio. dub. 6. n. 41. Hurtadum de matrimonio. disp. 26. diff. 5. num. 23.

6. Dicendum est igitur in nostro casu, dispensationem non esse subreptionem tacita copula, quia incestus non est impedimentum habitus cum consanguinea, secundum veriorem opinionem, teste Sanchez de matrimonio. lib. 7. disputat. 15. num. 16. & lib. 8. disputat. 25. num. 8. Ergo si non est impedimentum, non est declarandum. Incestus autem cum affinis licet præster impedimentum, est

camen abrogatum ob contrarium consuetudinem, neque illa eget dispensatione, ut probat Sanchez d. lib. disputat 17. vbi num. 9. & præcedentibus, de hoc latè. Quod vero incestus cum propria consanguinea nullum sit impedimentum, probatur, quia non est impedimentum proueniens ex iure natura, neque ex iure diuino positivo, nec denique ex iure humano inductum. Igitur nec impedit, nec dirimit, nec est exprimendum in precibus, cum nulla modo sit impedimentum incestus cum propria consanguinea, ut docet Couarruia in epistome 2. part. cap. 6. no. 1. vers. Qua in re. Veracruz in speculo, 1. part. art. 23. Florentin. 3. part. tit. 1. cap. 16. §. 4. Castro lib. 1. de potestate, 1. penal. cap. 7. vbi dicunt hanc esse communem, sequitur Cordub. in questione lib. 1. q. 12. Ledefina de matrimonio. in 7. quarti. quest. 60. ari. 4. Matienz. in rubric. tit. 1. lib. noua collecti. gloss. 1. num. 138. Ergo non est facienda mentione copula cum propria consanguinea, & si ne dispensatione illius valet dispensatio, ut tradit Nauar. in summ. cap. 22. n. 65. docens se nunquam vidisse incestuosos petere dispensationem ad contrahendas nuptias. Valet ergo dispensatio supressa copula in precibus oblati, vel supplicatione, ut etiam affirmat idem Nauart. conf. 8. & duobus segg. in 2. edit. tit. de consanguinitate. & affinitate. cum non sint narranda, nisi qua iura præcipiunt, quamvis illius conditionis sint, ut illis expressis difficultius Papa dispensaret. At nullo iure cauetur quod exprimatur copula incestuosa. Ergo, &c.

7. Ad argumentum verò contra, respondendum est, Primo, incestum cum consanguinea secundum veriorem, non esse impedimentum cum affine, licet fuerit impedimentum olim, hodie per non usum esse omnino sublatum. Ad resolutions sacrae Congregationis respondent Henriquez, & S. ac Læl. Zechius, & alij vbi supra, procedere quando incestus fuit publicus; secus quando est occultus, tunc enim non est subreptitia dispensatio, etiam si dolosè occulteretur incestus. Henriquez d. cap. 2. num. 2. litt. E. & n. 6. ceterum.

8. Quin etiam addit. S. verb. dispensatio, n. 10. quamuis dicatur Ordinario in dispensatione, ut dispenset, nisi copula præcesserit, velle summum Pontificis, vt non dispenset, si constet legitimè copulari non esse occultam in foro exteriori, vbi reus non tenetur dicere verum, nisi iuridice interrogetur post sufficientia indicia. Vide non habent responses sacrae Congregationis locum in foro conscientie, quando copula incestuosa est occulta, sed in foro exteriori, quando occulta non est.

9. Neque virget argumentum de stylo Curiae, quod magni pendit Mepochi. conf. 216. n. 12. dicens tunc variari gratiam, quando supprimuntur, vel falsè narrantur qualitates, que secundum claram iuris dispositionem, vel secundum stylum Curiae narrandæ sunt. Ad quod responderet Cœull. quest. 737. num. 19. Nauarum, qui diu Romæ fuit, ibique ataris sue cœnterium impletum annum, de tali Curiae stilo, an forte esset, non depositus, neque illius Henriquez, & S. qui Romæ scripturunt, mentionem faciunt.

10. Notandum est tamen quod in ista sententia, ut obseruat Villalobos in summa, tom. 1. tract. 14. dub. 27. numer. 7. Se haec de aduerir, que si el Papa interueniret, en el caso esta clausula se ha de entender, segun la materia de la dispensacion, como dizen, n. 3. m. 1. Sanchez, y S. de fuerte que si la dispensacion se concede en el fuero exterior, no tienen obligacion de confessar la copula, sino es que se les pregunte aciendo precedido indicios, ó infamia, como dice Enriquez, & c. Sup. hoc in

De Dispensationibus. Ref. CXIV. &c. 245

en el conuento dice, que no se suelte esta clausula poner por via de condicione, sino como modo. Mas si la dispensacion se comete con aquella condicion en el juicio de la conciencia, en tonces tiene obligacion a responder al Confesor de la copula, aunque sea oculta: y assi en el primer caso no sera la dispensacion irrita, aunque negassen la copula, y esto aunque fuese con juroamento, y cometiendo en ello pecado de perjuicio: mas en el segundo caso, si salvo se manifiessen ya dispensacion de la copula.

RESOL. CXIV.

An saltem copula sit exprimenda, quando habita sit ad facilius obtinendam dispensationem. Et auo, si sponsi haberint inter se copulam hac spe, & intentione facilis obtinendi dispensationem, necessariam sit non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem. Et quid, si ab uno illorum tantum spes concipiatur? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 82.

¶ 1. Pro responsione illius dubij, apponam ea, que circa illud docet Auctor de sacramentis. Marinoni, q. 19. fed. 6. vbi sic ait. Si sponsi habent inter se copulam, hac spem, & intentione facilis obtinendi dispensationem, communiter notari solet, neccarium est, non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem. Et communiter etiam ratio redditur, quia copula ex tali animo habitanterum abest, vt sit causa facilioris dispensationis, quod potius eam reddat difficultatem, & retrahat Pontificem ab ea concedenda. At, hanc rationem resiliens Sanchez disp. 25. numer. 38. vult in solo quoque Curia styllo fundati: quo confuetum est, in literis dispensatoribus apponit hanc clausulam, Dummodo copula habita non sit spes facilioris dispensationis. Vnde ait, etiam si quando prætermittatur talis causa, adhuc subintelligi, & ideo non valere dispensationem, nisi narrata copula habita ex illa intentione. Pontifex absolute differat. Dixerat autem numer. 1. id procedere, quando ex parte viri, que fuit habita copula ex tali intentione: alioqui ex parte, viuis habita sit solum ex fragilitate, seu libidine, & non ex tali intentione & fraude, non sit necessarium exprimere animum & dolum alterius.

2. Verum si adhuc aliæ sufficientes causæ, dispensationis, qua sola absque allegatione copulae valent obtinendi dispensationem: tunc necesse non erit exponere copulam, atque adeo nec eam intenditionem qua habita est. At quando ex copula ipsa accipi debet causa, & sponsi hanc causam adducunt ut dispensationem obtineant, quia habuerunt inter se copulam, & ideo imminentie grava damna, & scandala, nisi inter se contrahant: tunc quidem oportet exponere, si ea intentione, & fraude habuerunt copulam, vt haec causa faciliorem dispensationem obtinerent. Ita adiutrix Pontius numer. 32. dicens cum Nauarro, id non oriri ex decreto Concilij, sed per se ex natura rei. Idem etiam volunt alii, qui propterea eam rationem reddebat. Et quidem eo ipso, quod dicuntur aliqui habuisse copulam spe, & intentione facilis obtinendi dispensationem, intellegunt, quod voluerint; & velint ex causa & allegatione copulae impetrare dispensationem. Alioqui non contentant, sibi prodele copulam ad faciliorem dispensationem. Attamen, copula habita solum ex fragilitate & libidine, potest quidem & solet esse causa rationabilis, inducens Pontificem ad dispensandum, sed habita ex ea intentione & fraude, retrah-

bit potius à dispensatione concedenda. Et ideo, quando copula allegatur pro causa, debet exponi cum sua vera qualitate, & qua intentione habita sit, ne dispensatio euadat subrepititia, & irrita. Et hoc ipsum est, quod stylo Curia confirmatur: apponitur enim ea^a clausula in litteris dispensatoriis, quando copula allegatur pro causa. Acciunt si non apponatur, per se subintelligitur.

3. Vnde non deferam hic apponere verba Villalobos in summa, tom. 1. tract. 4. diff. 27. n. 70. vbi sic ait. Los que tuviere copula con esperanza de alcançar mas facilmente la dispensacion, obligacion tienen a hazer mención dello en la suplica, y sino será la dispensacion surrepticia, como dice Juan Gutierrez, Fr. Lays Lopez, Thomas Sanchez, y el Padre Fray Manuel Rodriguez, con otros que citan: aunque algunos dicen, que solo sita est verdad en tiempo de Pio V. El fundamento de la conclusiones, porque se suelte poner esta clausula conforme al stilo de la curia: Dummodo copula habita non sit, spes facilioris dispensationis. T. aunque algunas vez esta clausula no se pusiese, es regla de Abad, y Sylvestro, y otros, que las clausulas, que se suelen poner, conforme al stilo de la Curia, es visto estar puestas. Ita ille.

4. Et tandem Portel in responsoriis moral. tom. 2. cas. 49. num. 11. hanc sententiam firmavit, sic asserendo. In obtinenda dispensatione exprimenda est necessariò copula incestuosa, si habita sit spes facilis impetrandi dispensationem, vel cum tractatu matrimonij, vel cum scientia, vel ignorantia impeditum. Non enim sufficit exprimere copulam, sed etiam explicandus est animus (quamvis alter corum tantum talem habuerit animum) vel tractatus, quem contrahentes habuerunt ante expeditam dispensationem: sic enim seruat stylus Curia. Sic Bonacina citato puncto 5. n. 10. Sed in hoc quod ille ait, exprimendam esse copulam habitat cum spes facilis obtinenda dispensationis, etiam si ab uno illorum tantum spes concipiatur, & alias fore dispensationem inualidam: in hoc ultimo illi non assentior, quin potius dico, quod si viuis coniugum in copula incestuosa concipiatur illam spem facilis impetrandi dispensationis, impetratio erit valida, expressa copula, licet non exprimatur illa spes facilis impetrandi: ab uno tantum concepta. Ita expressè tenet Sanchez lib. 8. de matrimon. disp. 25. num. 31. licet Bonacina illum citet pro se in n. 24. eiusdem disp. 25. quod clarè, & efficaciter probat ex Concilij Tridentini verbis, vt ibi poteris videre. Ac proinde tenet quod si viuis tantum fornicantium incestuosè spem concipiatur facilis impetranda dispensationis, idque alteri non reuelat: dispensatio erit valida, etiam in petitione non exprimatur copulam fusile habitat cum spes facilioris impetracionis. Hac omnia Portel. Quæ omnia mature consideranda sunt ante petitionem dispensationis, ne vitio subscriptionis laborent.

RESOL. CXV.

An qui copulam habuit, vt facilis possit à Summo Pontifice dispensationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, si illa tantum interior concepta fuerit, & non manifestata. Et quid, quando ita facta fuit ex parte viuis tantum?

Et notatur, quod quando copula fuit habita post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamquam ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum supra narratum, sed tenetur in hoc casu contrahentes dispensationem ab Episcopo obtinere.

Tom. II. I.

X 3 Et